



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1635. usque ad annum 1643

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 9011888X

§. 63. Ragotsius cum Valachis Cæsari bellum inferens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67406)

Sæc. XVII. impedimenta, & militare instrumen-
A. C. 1643. tum omne: Auxit quoque cladem Fon-
tanus Comes, qui oblatam ab hosti-
bus vitæ gratiam respuens, cum tota
legione sua gladiis jugulatus est. Co-
mes quoque Joannes Ritbergicus se-
ptem vulneribus faucius libertatem a-
misit: facta demum major est in fuga
cædes, sparsis per sylvam rusticis, qui
fugientes locorum ignaros fustibus, lu-
dibusque trucidarunt, sive spe prædæ,
sive ultionis cupiditate. Hac victoria
potitus Dux Anguinius, Theonisvillam
urbem circumfedit, eamque non om-
nino bimestri oppugnatione ad deditio-
nem ingenti suorum strage compulit,
sexcentis præsidiariis, qui adhuc su-
pererant, Lucemburgum abire permisit.

§. LXIII.

*Ragotsius cum Valachis Cæsari
bellum inferens.*

Jæger. Hist. Sub idem ferme tempus, quo Tor-
Ecl. l. c. stensonus Sueciæ Reginæ iusfl Hol-
Adlzer. An- satiam invaserat, captisque jam pluri-
nal. Boic. bus oppidis Daniam infestis armis inun-
p. 3. l. 28. daverat, Christianus Rex viribus im-
Barre hist. d' Allemagn. par, a Ferdinando Cæsare opem im-
plorabat: Nec ei deerat Imperator;
Galassum enim Comitem, qui denuo
militare Imperium in se suscepserat,
cum

cum valido agmine in Holſatiam emi- Sæc. XVII.
ſit, Suecosque ex Jutia expellere jussit: A. C. 1643.
Hæc tamen expeditio optato caruit ſuc-
cessu, partim ob diſſidia inter Danos
& Galaffum exorta, partim ob Vala-
chorum defectionem; hi enim ob ſectæ
ſocietatem jam aliquamdiu clandestina
cum Suecis foverant conſilia; quam-
primum vero Urangelium Sueciæ Bel-
liducem cum tribus equitum millibus
ponti Viennensi adſidere compererant,
hac opportunitate utendum rati, de-
ferto Cæſare, magno numero ad Sue-
cos defecerunt; hujus vero perfidiæ
cauſſam nonniſi ex ſectæ ſuæ ſtudio pe-
tendam eſſe, ſat luculenter teſtati funt,
dum ſuis vexillis hæc verba: *Pro ver-
bo Dei, & patria fuſcipimus hæc omnia,*
iſcribi curarunt: Inſuper Ragotsius
Transylvaniæ Princeps libertatem a
Cæſare violatam cauſſatus, Hungaros
Protestantes follicitabat, ut Cæſari ar-
ma ſua extra Panoniam jungere, con-
ſtanter detrectarent: Annuere ejus vo-
tis Hungari, eo proniore voluntate,
quo certius per Ragotsii violentias de-
nuo ſe Templa ſua recuperaturos
ſperabant.

§. LXIV.